

18. Notitia est in mente : fiducia in voluntate.

19. Damnabilis est dubitatio Papistica.

20. De reliquis terminis in hoc argumento usitatis videbimus disputatione proxima.

DISPUTATIO XVI.

DE JUSTIFICATIONE.

THESIS XXI.

Gratia in hoc articulo apud D. Paulum non significat naturæ bonum, hoc est, dona naturæ humanæ in generatione collata : ut finxit Pelagius.

22. Neque significat gratiam gratum facientem, sive primam gratiam vel infusum habitum, ut docent Scholastici.

23. Neque notat gratiam Dei, qua velit nostram propriam obedientiam erga divinam legem sic acceptare, ut propter illam nobis det vitam æternam, sicut lesuitæ Colonienses affirmant.

24. Sed significat gratuitam Dei benevolentiam, acceptantem credentes propter Christum ad vitam æternam.

25. Particula gratis. 1. opponitur solutioni pretii. 2. significat sine justa causa, temerè, ex levitate vel petulantia. 3. opponitur merito, sive ad bonum sive ad malum.

26. D. Paulus in hoc argumento ea utitur, ut ostendat in nobis nihil esse, propter quod

F 3

justifice-